



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXXVIII. Stratagemata pugnantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Stratagemata pugnantium.

Stratagemata licita sunt.

S. 1. **Q**uia licita negant, nimium antiquè & superbè sapiunt. Vfus Stratagemate est Iosephus, Daudid, aliqui non modo magni Imperatores, sed viri etiam sancti. Nimium simplices, qui censent, & δεικνύει ὁ ψυχῶν ἀγῶνι λαθρῶς κτείναν τον ἐχθρὸν. Nullus bonamentis clam hostem publicum occidere sua putat. Improbata potius quàm magnifica vox est. Nolo furari victoriam: Sanctum est & magnificum hoc furtum, quo ciues seruantur, quo gloria vana pro salute publica contemnitur. Venator validus feras dolo capit, optime Augustinus super 4. Iosue 9. 10. Cum iusto bellū suscipitur, vt aperte pugnet quis, aut ex insidiis nihil ad iustitiam interest. Imò si bono dolo seu stratagemate quæri victoria potest, non est viagendum, quia sine causa periculum adiretur; Laudandaque est bellicosissima ciuitatis industria, quæ pro cuncta victoriâ Gallum; pro ingeniosa; bouem immolari iussit. Quin & illud cogitandum; paratissimo contra imbeciles non semper succellus esse, minimâre victoriam conuerti. Exemplo est, quæ contigit, in Perusia vrbe, pugna inter nobiles & armulas familias Oddonum & Balionum, rem narrat Machiauellus lib. 3. de Repub. c. 14. Nam cum ea ciuitas ciuilibus discordijs laboraret, totaq; in duas factiones Oddonum & Balionum diuisa esset, quorum hi potentiores facti, illos in exilium expulerant: Oddi exules amicorum opera exercitum collegerant, & nocte quadam Petrus ingressi, clanculum ad occupandum forum contendebant, sed quia singulæ plateæ catenis transuersis præmunite in ea vrbe, equitibus transitum impediunt, præcedebat eos quidam cum malleo ferro, qui seras catenarum effringebat: jamque præfractæ erant catenæ omnes, præter eam solum, quæ ingressum in ipsum forum claudebat: quum idem frangere conaretur magno conatu, & quominus satis attollere malleum posset, impeditur ab ijs, qui sequebantur à tergo, & jam ad arma conclamauerant: Retrocedite, inquit, ad eos (vt liberius videlicet effringere catenam posset) sed hæc vox veluti Echo, à primis ad posteriores, atque ab his ad alios emissa, sensim vique ad vltimos peruenit: causaque fuit, vt vltimi, qui non intelligebant, quæ de causa emissa esset, effugerent magno cum impetu: quos reliqui sensim secuti, institutum deseruerunt, & causa ipsi extiterit interitus sui: ex tam leui fortuitoque casu commoti. Salua fide, & dignitate omnia stratagemata licita sunt; omnia abominanda sunt, quæ perfidiam habent. Pompejus Mithridatem in Armenia vicit iussu equitatu suo cedere, donec ad locum insidiarum peritum esset. Cassius eodem modo in insidias Parthum peraxit, cum equitem offendisset à fronte, peditem oculiuisset. Eodem modo Ventidius eos afflixit, vt excedere provincia cogerentur. Sic Pharnabazum vicit & interfecit. Cæsar contra Afranium colles præoccupauit. Iuba Curionem in campum eliciuit, & equitatum circumdatum fudit. Hannibal nunquam non insidijs vsus est, Fuluius paucos milites per nebulam obiecit, & aduersam castrorum partem inuasit, contra Minutium in montibus pedites celauit, deleuiturq; Minutium, ni Fabius succurrisset. Ad Trebiam insigni arte Hannibal Sempronio ita imposuit; jejuniū vt exercitum magno frigore fluminis transitu affligeret. Ad Trasymenum Romanos in montem euocauit, necante Flaminio insidias sensit, quam à fronte

Ingeniosa victoria melior, quâ cruenta.

Ingenia calli belli.

Stratagemata cautè agenda.

Amicos ha-
bere in pro-
uincia qu.
oppugnas.

Induciæ si-
mulatæ.

Insignis ca-
sus belli.

Multi fœde-
rati in sin-
gulis vin-
cuntur.

superstitio
lonea stra-
gematis.

§. 8. Cum fuga simulatur, vel totius exercitus, vel partis, magna cura adhibenda, ne aliqui militum arbitrentur veram fugam esse, trepidatioque oriatur. Romani aliquando cum validum hostem cernerent,

ut inchoato praelio ad principia se reciperent velites, & hastati iusserunt, deinde in consilio feruore sequentes occiderunt. Hannibal bouum cornibus faeces & fenum imposuit, eosque per sylvas agens, cum attoniti aduerterent nocturni ignis discursum Romani, ipse alia via euasit. Violentius etiam Hispani stratagemate Penos perculerunt, nam currus accensos bubus tractos in Amilcaris exercitum immiserunt, ordinesque turbantur.

§. 9. Scipio cum videret in acie media Asdrubalis esse robur exercitus, in ipsa acie hoc egit, ut oculos illi essent, nam cornua celerius, mediam aciem tardius procedere iussit, ut victis cornibus his quoque animus caderet. Justinianus Tiberij Imperatoris Praefectus, dum expectat, donec Persa pharetras exhaustissent, vicit, nam cum ad gladios ventum est, inferiores eos inuenit.

§. 10. Optimum stratagema est, ut caueantur aduersa stratagemata. Ignarus insidiarum Archelaidas, suos tamen instructos ire iussit, esse enim insidias, & reuera erant, itaque eos facile dissipauit. Alioqui & illi qui inciderunt, & qui subsidio veniunt, pari in periculo sunt. Sertorius Pompei milites in insidias coniecit, & legionem, quae subsidio venerat, ipso spectante trucidauit, dena millia occisa sunt. Astute subsidia alio vertuntur, quod magis hostem terreat. Parmeno, cum videret Tyrios egressos, cedere Macedones, & preminon adiuuare illos, sed urbem inuasit. Polian. l. 5.

§. 11. Si quis inter montes & flumina aut hostium praesidia conclusus euadere se posse desperat, omnia ostendet, quasi per auiam euasurus, interim omnia clam, quod ad pontes, & tranandum flumen pertinent, peragat, atque alia parte minatur, alia fugiat. Iphicrates errorem suum dexterrime correxit: cum n. Sicyonem pergens insidias praeterisset, ex urbe quidam proclamauit; Jam poenas dabis; suspicatus non esse inanes minas, alia via celeriter recessit, & insidiatores oppressit.

§. 12. Insigne etiam stratagema Titi Didij, qui cum sciret legionem interceptandam, simulauit se pugnare velle, productoque exercitu, hostem a cura legionis interceptae auertit.

§. 13. Cum castra castris opposita sunt, multum proderit, si copias hostium distrahas, cui rei plurimum proderit, castra quam munitissima habere, ut multi hinc inde dimitti queant.

Spargere
flamam.

§. 14. Spargere quaedam subito ad animandos milites terrendosque hostes interdum solent. Ut duces hostium cecidisse; Quintius cum cerneret alterum cornu cedere, proclamauit, alterum vicisse, atque ita suis alacritatem, hostibus metum addidit. Visitata illa via est, etiam hostes terrendi. Eduardus Anglus Philippum Pulchrum fraude ab oppugnando Belgio retraxit, foror n. eius persuasit, Gallie Principes conspirasse, ut eum in acie desererent. Memnon Rhodius hostibus persuasit, seditione suum militem laborare, atque ita in campos elicit. Plus simulationis in Antigono Hierace, is victus recepto in tuta exercitu mortuum se simulauit, missi quasi a militibus, quod corpus occisi peterent, & deditioem facerent, ad quam acceptandam cum quatuor millia missa essent, ea Antigonus interfecit.

Mendacia
absint.

§. 15. Indigna est Imperatori ista mendaciosis nixa fraudulentia. Ingenij & prudentiae ex naturae consideratione fuit stratagema Cræsi, qui camelis equos opposuit, quorum illi odorem ferre non possunt. Pyrrhus quoque elephantos equitatu e regione locauit, ut belluarum terrore, equos equitesque compleret.

Absit &
crudelitas.

§. 16. Crudele & temerarium factum Sertorij, cui cum in prelio ducis cuiusdam mors nunciaretur, eum quod indicauerat, occidit, ne res emanaret, crudele, inquam, & temerarium; quia iam alij nouerant, neque soli Sertorio nuncius retulerat. Ita itaque & terror inde natus auertere aciem poterat.

§. 17. Lucatius Consul, cum insequentibus Cimbris, flumen trajiciendum esset, pugnaturum esse se simulauit, castra munit, pabulatores emittit, deinde cum idem Cimabri facerent flumen quiete transiuit. Qui plures in acie habet, cautiissime ut pugnaret monendus, quia cum is, qui infirmior est omnia tentet, monitione non eget, magnae vires superbiam, securitatem, negligentiam, cladem gignunt. Infirmior itaque hostis timendus est, quia inexpectato ictu feriet. Multa a praesidia ad stratagemata fortior habet, potest aciem excedere subito, potest multos in insidijs seorsum ponere a latere, a tergo quasi bouum agmen immittere, ad oppugnanda castra in medio aestu pugnae dimittere, haec cum aliqua, aut omnia usurpabit, non quasi timens hostem, sed ut cito, & paruo damno debelleret.

Fortior ipse
periculi est,
quia infirmior
stratagemate
pugnat.

§. 18. Continua in meditatione stratagematum versetur Imperator, cum praeliandum est, id enim optime agitur, quod hostis non expectat. Epaminondas cum expectationem equestris certaminis fecisset, ingenti puluere concitato, subito in hostium inopinantium terga inuasit.

§. 19. Cladem tegere, & dissimulare prudenter, victoriae nomen attulit. Titus Licinius suos humauit, hostes cum altero die multo plures ex suis caesos viderent, continuo fugerunt, perfectam itaque victoriam cadauerum nocturna sepultura attulit.

Clades te-
genda.

§. 20. Interdum hostis fallitur, dum sibi consili putat. Milites Eumenis impedimenta hostium direpturi cum magno periculo erant, quibus cum persuadere non posset, ut consilium mutarent, hostes monuit, ut melius custodirent.

§. 21. Cum hostis imminens, ad aliquid, quod necessitas exigit, cogere te conatur, nec euadere necessitate potes; sponte illud aggredere, & magno animo piculum subi, si cum illud, sine turbâ, & metu facies, & hoste magnanimitatis & audacia opinione preterfacies. Periculosum est agros exurere, sponte per beneficio concede. Timotheus regionis partem hostibus permisit, verumque flamma aut ferro grassari. Chares Atheniensis cum timeret, ne despectu paucitatis castra oppugnarentur, noctu clam multos emisit, ut redeuntes mane, quae hostes conspicui essent, auxiliorum speciem sberent. Prolomæus cum praegressus cum exercitu, omni pecudum generi carpenta alligauit, & agi per eques iussit, excitato puluere maximo speciem ingentis exercitus sberuit. Cajus Marius, & Sulpitius Calones impositos iumentis inter pugnandum e mote apparere, & specie alteri exercitus sberere iussit, qua re hostium acie turbauit.

Ex necessi-
tate virtutem.

§. 22. Imperum in hostem facere an sustinere melius sit; quaeritur inter Duces. Decius hostem inuasit, Fabius impetum sustinuit, animosior est miles, qui inuadit, prudentior, qui hostem excipit. Si spacia longiuscula sunt, sitat excipere, anhelus non hostis aduenit. Si hostis timidior, inuadendus: Si audax sustinendus, primo non impetu fatigabitur. Verum nunc bombardae visum belli mutarunt. Qui, cum ad telia actum ventum est, prior paratus est, damnum adfert, & aliquos nocituros occidit: sed pendet id ex alijs, tum ex loco.

Interdum in-
uadendus
interdum
sustinendus
est hostis.

§. 23. Locorum natura saepe plus, praestit, quam virtus pugnantium, aut veteris Imperator. Locus sane ad rem plurimum momenti habet, Marcus Curius Pyrrhum vicit, Phalangem ad angustias trahendo. Ferè id agunt, ut ex edito pugnent, ita Pompejus Mithridatem, Caesar Pharnacem, Lucullus Mithridatem, & Tigranem vicit. Themistocles Xerxem in angustijs vicit, paucis multis. Datames paucos milites semper vicit, qui nunquam acie cõflicxit, quin locorum angustijs clausus hostem teneret. Ita Aemilius Probus Sertorium Romanorum copias vclitationibus attriuit. Hannibal ab uno latere vias praeruptas obiecit, & Marcellum vicit, ad Cannas, amine Volturno per munimento versus est. Hoc imitatus est Romanus Hannibal Caesar, l. 3. belli civilis. Dextrum cornu
ejus

Loci adiu-
mentia.

ejus riuus quidam impeditis ripis muniebat, quam ob causam cunctum Equitatum, sagittarios, funditoresq; omnes in sinistro cornu obiecerat.

Locum pugnandi. §. 24. Locum aptum multi arte fecerunt. Cleomenes Lacedamoni⁹ planitiem arborib. impedivit, in qua cum Equitatu Hippie erat pugnatur⁹ eamq; inuiam equiti fecit. Xantippus Carthaginensium exercitum equis & elephantis validum in planitiem adduxit, Romanosq; vicit. Clearchus hostium equitatum foueis excepit, de repente factis, Q. Sertorius scrobib⁹ factis equitatum hostilem afflixit. Rotis currum humi depressis, catenis, vallo, muricib⁹ castra munienda sunt, miles junctus sit, Germani dum diverso loco castra metantur in Gallia à Guisjs caesi sunt. Ventum etiam ad Cannas Hannibal expectauit, & ea re vicit. Cimbri etiam in campo Caudio contra Marium eodem stratagemate pugnauerunt. Cimbri quoq; solis auxilio vsi sunt, vt percussu radiorum oculos hostium perfringerent, verum id paruum p⁹sidium. Luna quoq; occidente Romani bello Pontico sunt ad iuri, cum n. illa à tergo Romanorum jam propè occasum longas umbras Romanorum jaceret, in eas errore magno Pontici tela consumpsere. Eumenes cum equitatu valeret occupatione locorum hoc effecit, vt in plana seduceret hostem. Ita Hannibal, sed cautè, vt vtrinq; equestrum p⁹iorum rationem haberet. Nam etiam finitrum cornu Romanorum stratagemate vicit.

§. 25. Quemadmodum igitur castra ad locorum commoditatem, sic aciem disponendam iudico. Soler a. distribui generatim in varias formas. 1. vt sit oblonga. 2. lata. 3. Lunam referens ad aequalem, lunaris aequalis cornib. nam cetera ferè visitata non sunt, cum integra acie pugnatur. Extraordinaria tamen acies semper habenda est.

Subsidia e- §. 26. Insigne documentum est Bernardi Mendoza⁹, p. 1. c. 44. Vtile, inquit, stratagemata in praelio habetur, si ex dextro latere agminis cohors aliqua lanceariorum, & bombardariorum educatur, etiam si quinta pars agminis sit, q⁹ feruente pugna à latere hostem impetiat, ita vt si contra cohortem d⁹ veritat⁹ latus nudum p⁹beat agmini, si sese agmini opponat, nudet latus cohortis, q⁹ stratagemata magno adiumento est ad victoriam, nescio sane an inter pedites visitatum fuerit, mihi magno vsui fuit in equitatu, cum leuem armaturam ad hoc ordinarem, & animaduerti magno damno sic hostem affectum, etiam si in vna cohorte tantum 25 fuerint, atq; plurima agmina diuino auxilio diuici, & milites insignes victorias Regi nostro Tuae Maiestatis Patri obtinui. Huic consilio lancearios comodissimos esse docet; Nam turma centum lanceariorum, aut centum & viginti, potest turmam quadringentorum & quingentorum bombardariorum equitum dissipare, si in turmas minores se diuidant, & impetuose plurib. locis inuadant, nam bombardae eo modo inuiles redduntur, nec expediti possunt. In subsidijs non modo constituunt nostrates certos ordines; sed habent ad vsu, etiam inter initia agmina aliqua, q⁹ vocant volatica, q⁹ interdum lacesunt hostem, interdum subueniunt pressis, decernant etiam, si aciem hostis prior ordinant, donec acies alia ordinata sit.

CAPVT XXXIX.

Alia forma acierum.

Cunei, globi, forices, turres, ferrea. §. 1. Omnes ferè praestantes Imperatores; quia sine opportunitate non pugnant, in acie ordinanda noui aliquid inueniunt. Hinc cunei, globi, forices, turres, ferrea. Cuneum vocant, cum trigona est acies, Veget. l. 1. c. 26. Graeci *ἐκκορυ* vocant, tempore Anniani caput porcinum. Suidas ex Anglia interprete Lipsio. Erat in forma aciei velut in rostrum. Littera

enim Δ. assimilabatur. Et anterior pars quā in acutum designebat, recta & densa erat, quia scutis vndiq; muniebat. Dixeris caput eos porci structum à eā efformasse. Crura a. vtrinq; secundum ordines & cohortes in profundum composita, & pleraq; parte in obliquum extensa, coibant paulatim & diuungebantur, donec in maximam latitudinem pgressa desinerent: ita vt medius locus vacuus relinqueretur, & erga militum nuda per ordinem conspiceretur. Franci & Romani vsi, cum perirumpere aciem volunt. At tum vtendum, cū necessario via facienda est; nam piculosa omnino res est. Deinde tantum cum ordines hostium rati sunt, alioqui impingent solido. Tertio nunq; cum pugnatur contra peritos; illis enim facile est, aut densam aciem opponere, aut ordines soluere, vt in medio claudant. Cuneus aliquando de phalange macedonica, aliaq; forma aciei dicitur, vt docet Lipsius.

Cuneus periculosus.

§. 2. Cuneus inuersus est forceps vel forfex; Cuneus eā acie excipitur vel atteritur. Turris q⁹ dicitur, & laterculum, non differunt à prioribus. Cum identidem acceditur & receditur. Legio Polybiana habuit in fronte centum viros, in latere introsum triginta quatuor, triarij legionis dimidium. Olim tres pedes quaque versus miles habebat, vt arma commode tractare posset, idq; minimum. Polybius ita recenset, sed Vegetius l. 3. c. 14. aliter. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueverunt, hoc est, in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedes ordinantur in longum: vt nec acies interluceat, & spaciū sit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem à tergo in latum sex pedes distare voluerunt, vt haberent pugnautes spaciū accedendi & recedendi: vehementius enim cum saltu cursuq; tela mittuntur. In his duobus Ordinibus, & acie maturi, & vsu confidentes, & muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicem muri, nec cedere, nec sequi alium cogendi sunt, ne ordines turbent; sed venientes aduersarios excipere, & stando pugnandoq; repellere vel fugare. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant. Quartus item ordo constituitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de his qui alacriter verius martio barbulis (quas plumbatas nominant) dimicant, qui dicebantur levis armatura. Sciendum ergo est, stantibus duobus primis ordinibus, tertium, & quartum Ordinem ad producendum, cum missilibus, & sagittis primo loco semper exire. Quis hostes in fugam vertere potuerint, ipsi cum equitibus persequuntur. Sin verò ab hostibus pulsati fuerint, redeunt ad primam & secundam aciem, & inter ipsas recipiunt se ad loca sua. Prima autem & secunda acies, cum ad spatias, & ad pila (vt dicitur) ventum fuerit, totum sustinet bellum. In quinta acie ponebantur interdum carroballista, manuballistarii, fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt, qui sustibilibus lapides iaciunt. Fundibulus fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio: & vtraq; manu impulsus, propè ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt, qui fundis (ex) lino vel setis factis (has enim dicunt esse meliores) contorto circa caput brachio dirigunt saxa. Quibus deerant, siue lapidibus manu iactis, siue missilibus in hoc ordine dimicabant, (quos accensos, tanquam iuniores, & postea additos nominabant.) Sextus ordo post omnes à firmis, & scutatis, & omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur, quos antiqui Triarios appellabant. Hi, vt requirerent, & integri aciem innaderent hostes, post ultimas acies sedere consueverant. Si quid enim primis ordinibus accidisset, de horum viribus reparationis spes tota pendebat. Et cap. 15. Explorato autem qualiter debeant acies instrui, nunc possumus, mensuramq; ipsius ordinationis exponam. In mille passibus campi, vna acies mille sexcentos sexaginta sex suscipit pedes: propterea, quia singuli pugnatore ternos occupant pedes. Quod si sex acies in mille passibus campi volueris ordinare, novem milia nongenti nonaginta. Sex pedes sunt necessarij. Si a. in ternos ordines hunc numerum volueris tendere, duo milia passuum comprehendes. Sed melius est plures acies facere, quā milia

Ordo legionum.